

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput XXXVI

urn:nbn:de:bsz:31-97032

332 A D M I R A N D A

Horet summopere testudinem. Hujus rei, inquit Erasmus in colloquio, quidam dedit nobis Roma specimen. Puero suo in verticem imposuit testudinem, & pileo contexit. Dein produxit ad simium. Illico simius gaudens insiliet in humeros pueri venaturus pediculos, sublatu pileo animadvertisit testudinem. Mirum erat spectaculum quanto cum horrore resiliens bestia, quam expaverit, quam timide respexerit, an sequeretur testudo. Additum est aliud specimen. Alligavimus testudinem catena, à quarevinclis erat simius, ut effugere non posset, quin saltum aspiceret. Incredibili dictu quantopere fuerit dis- cruciatus: tantum non metu exanimabatur: interdum posterioribus pedibus depellere tentavit harentem bestiam. Tandem quicquid erat in alvo & vesica onerū re- jecit. Secuta est ex pavore febris, ut nobis fuerit solven- das à catena, & aqua vino temperata refocillandus.

C A P U T X X X V I .
D E S U & S U B O .

S V apud Patagonas est bestia monstruissima, Catu- los in dorsum admissos cauda tegit, venator cum sequitur, sic se protipit. Scrobe igitur effossa, & fronti- dibus obtecta capit. Capta interficit prærabie catu- los, & clamore horrendo terret venatores. Thoret, in descript. America. Subus ἀμφίσιος est, geminis arma- tis cornibus. In mari natantem piscium comitatur gregem, osculantur paguri, oculatae muli, & astaci: at ille contemnens amicitiam, prædam omnes esse jubet. Gillius.

C A P U T X X X V I I .
D E S U E .

D E Sue quæ dicuntur, in pauca contrahemus. No- tum nobis animal; at in Arabia non vivit. Plinius, in Hispaniolam deductum, mulam æquat: Mar-

136.

Qu
te combus a
dik. Anglia;
frigidos, decu-
tibus simili sc-
utula perfundit
quadam alpina
et. Pinguis inc-
tus in Hispani-
a pendebat,
sagittis: Plinius
multis his-
ta, in cuius
est. Idem Ba-
quibusdam an-
sii Cons. fil-
immobilis on-
Venerem, sep-
se enim alii
uicunt hz, &
in Plutarch
dormient, Cia-
niens, Glau-
fatu, abo-
sorrenum ad N
cum quodan-
tim eo ablin-
iti, in ad-
le vix illa cui
refraam in han-
ad quia finit
gorem, nec
ste poruris,

C
Agna Ta
pa, Anji